



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||**

**Johannes <Damascenus>**

**Parisiis, 1577**

De pœnitentia Dei: & in quibus rebus Creator pœnitentia affectus fuerit.  
cap. xci.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)

D. IOANN. DAMASCENI

*labores. Horum sunt honores & corona, qui labores pertulerunt, ac victoriam obtinuerunt. Ecquis eum corona donauerit, qui cum aduersario ne in arenam quidem descenderit? 2.Tim.2. praeferim cum, iuxta Apostolum, non satis sit certare, nisi etiam legitime certetur. Quisnam ille est certaminis arbitrus, qui ipsius premiis victorem, & eum, qui ne certamen quidem ullo modo iniit, afficiat? Quis copiarum militarium prefectus in eandem unquam cum ipsis, qui vicerunt, praedae partem eos vocavit, qui ne pugnae quidem interfuerunt?*

*Bonum boni nomen amittit, cum bene non sit.*

*De odio & inimicitia & dissidiis, atque iis qui praeium committunt. C A P. X C.*

G

*Iff.67. 54 ISSIP à Gentes quæ bella volunt. Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos.*

*Pro.2. Qui relinquunt iter rectum, & ambulant per vias tenebras: qui latentur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis. Quò ingreditur contumelia, illuc etiam infamia. Im-*

*15. probus malefacit, cum ius commisceret. Vir iracundus provocat rixas. Vir peruersus transmittit mala, & separat amicos. Altercationes excitat omnis malus: Dominus autem angelum immisericordem emitet ipsi.*

*27. Qui lubenter peccat, gaudet pugnis. Ne citò ad pugnam irruas: ne ad extre- H  
mum te pœnitieat. Ferrum ferro acuitur. & homo exacuit faciem amici sui.*

*Qui malitiam inflammat, ab ea perdetur.*

*Esa.29. Disperdenter qui iniquè agunt ob malitiam: & qui faciunt peccare homines in sermone.*

*Hier.4. Filii insipientes sunt, & vacordes: sapientes ut faciant mala, bene autem facere nescierunt.*

*Ecli.28. Vir peccator turbabit amicos, & in medio pacem habentium immittet inimicitiam. Ante ignem camini vapor & fumus inaltatur: sic & ante sanguinem maledicta & contumeliaz. Abstine a pugna: & immittes peccatum. Contenatio festinata excitat ignem: & pugna festinata excitat sanguinem.*

*Mat.12. Omne regnum in se diuisum desolabitur, & omnis ciuitas vel domus diuisa cōtra se non stabit. Quia abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum.*

*Gal.5. Qui vos conturbat, portabit iudicium, quicunque ille est.  
Vbi zelus est, & contentio, illic sedatio & omnis res mala.*

*Basil. Defecit charitas, diuinorum mandatorum radix.  
In malis certaminibus miserior est is qui victoriam obtinet: quandoquidem maiorem peccati partem habens, discedit.*

*Naz. Præstat recte Vinci, quam periculose ac nefarie Vincere.  
In Tetrast. Sit finis iræ: nesciat finem fauor.*

K

*De pœnitentia Dei: & in quibus rebus Creator pœnitentia affectus fuerit.*

C A P. X C I.

*Gen.6. IDENS Deus quod multa malitia hominum esset in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore, pœnituit eum quod hominem fecisset in terra. Et dixit: Delebo hominem, quem creavi, à facie terræ, ab homine usque ad animantium. Pœnitit enim me fecisse eos.*

*14.Reg.15. Factum est verbum Domini ad Samuelem, dicens: Pœnitit me quod consti-  
tuerim Saulem regem: quia dereliquit me, & verba mea opere non implevit.*

Contri-

A Contristatissime est Samuel, & clamauit ad Dominum tota nocte. Et non videt Samuel ultra Saulem usque ad diem mortis suae. Veruptamen lugebat Samuel Saulem, quoniam Dominum penitiebat, quod constituisset eum regem super Israelem.

Operti sunt faccias homines & iumenta: & clamauerunt ad Dominum in fortitudine: & conuersus est vir a via sua mala, & ab iniuitate qua erat in manibus eius. Et dicebant, Quis scit si conuertatur, & ignoscat Deus, & reuertatur a furore irae sua, & non pereamus? Et vident Deus opera eorum, quia conuersi sunt de via sua mala: & misertus est Deus super malitia, quam locutus fuerat ut faceret eis, & non fecit.

Repentem loquar aduersum Gentem, & aduersus regnum, ut eradicem & destruam & disperdam illud. Si penitentiam egerit Gens illa a malo suo, quod locutus sum aduersus eam: agam & ego penitentiam super malo, quod cogitauit ut facerem ei. Et subito loquar de Gete, & de regno, ut edificem & plantem illud. Si fecerit malum in oculis meis, ut non audiat vocem meam: penitentiam agam super bono quod locutus sum ut facerem ei.

*De fraterno odio.* CAP. XCII.



C IDENTES fratres Ioseph, quod a patre plus cunctis filiis amaretur, oderant eum, nec poterant ei quicquam pacificè loqui. Et mutuo loquebantur, Ecce somniator venit: venite occidamus eum, & mittamus in cisternā veterem: dicimusque, Fera pessima deuorauit eum. Et tunc apparebit, quid illi pro sint somnia sua.

D Abimelech conduxit sibi viros inopes & vagos, secutique sunt eum. Et venit in domum patris sui in Ephra, & occidit fratres suos filios Ierobaal septuaginta viros super lapidem unum: remansitque Ioathan filius Ierobaal minimus, & absconditus est.

E Fuit illo tempore Iepheth Galaadites, vir fortissimus atque pugnator, filius mulieris meretricis, qui natus est de Galaad. Habuit autem Galaad uxorem, de qua suscepit filios: qui postquam creuerant, eiecerunt Iepheth, dicentes, Hæres in domo patris nostri es! non poteris, quia de altera matre natus es. Quos ille fugiens atque deuitans, habitauit in terra Tob. Congregati sunt ad eum viri inopes, & latrocinantes, & quasi principem sequebantur.

F Numquid non pater unus est omnium nostrum? Nunquid non Deus unus creavit nos? Quare ergo despicit unusquisque vestrum fratrem suum? Omnis qui fratrem pauperem odit, procul ab amicitia est.

G Erat filius senior in agro, & cum veniret, & appropinquaret domui, audiuit symphoniam, & chorum: & vocavit unum de seruis, & interrogauit quid haec essent. Isque dixit illi, Frater tuus venit, & occidit pater tuus vitulum saginatum, quia saluum eum recepit. Indignatus est autem, & nolebat intrare. Pater ergo ille egressus, coepit rogare illum. At ille respondens, dixit patri suo, Ecce torannus seruo tibi, & nunquam madatum taum præteriui: & nunquam dedisti mihi haec dum, ut cum amicis meis epularer. Sed postquam venit filius tuus hic, qui deuorauit substantiam suam cum meretricibus, occidisti illi vitulum saginatum. At ipse dixit illi: Fili, tu semper tecum es, & omnia mea tua sunt. Epulari autem, & gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus erat, & reuixit, perierat, & inventus est.

H Si quis dixerit, Quia diligo Deum, & fratrem suum odit, mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum, quem videt, Deum, quem non videt, quomodo diligere potest? Omnis qui odit fratrem suum, homicida est.